

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ**

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira  
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Avtvmnalis - A Dominica Decimaquinta post Pentecosten, ad  
Adventum

**Haineuve, Julien**

**Coloniæ Agrippinæ, 1665**

Amen dico vobis, quamdiu fecisti uni, &c. Dum te à dando excusas, magis  
accusas.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44846**

Hoc amanti cœlum paupertas est vel E-  
leemosyna, quod a manu terram di-  
vitias.

Aut cœlum perit divitias, aut emitur.

In 4. p. Fer. 3. & 5. Hebdom. 17. ubi & multa  
alia que hic commode referri possint.

Amen, dico vobis, quoniam secistis unius ex his  
fratribus meis minimis, mihi fecistis.

Quod minus potes Christo reddere quæ-  
cumque debes, eò magis debes red-  
dere quæcumque potes.

In 3. p. Fer. 2. Hebdom. 1. Quibus hæc adde-  
pro his declarandis quæ potes circa proximum,  
& quæ proinde debes reddere.

Primum est, quidquid agas interius vel ex-  
terius, positiuè vel negatiuè, totum id præstes  
propter Christum qui hoc à te pro suo jure po-  
stulat. Nonne hoc potes cum eius gratia? Non-  
ne hoc debes? Sic autem fiet ut quoties in pau-  
pera Christum respicies sicut ipse ordinat, tres  
illas insigniores virtutes quæ Theologæ di-  
cuntur, &c. recas: nempe Fidem, dum credis  
Christum in paupere paci, & soveri. Deinde  
Spem, dum speras quod ille promittit futurum  
in Judicio. Deinde Charitatem, dum Christum  
in paupere diligis. & in Christo pauperem,  
& in paupere Christa. Deum ac hominem simul  
diligendo amplectens. Ex quibus vides quam  
multa possis.

Secundo quid pecunias, quid facultatum pos-  
sis elargiri, potes conferre cum Directore qui  
per se omnis omnibus candidè doceat quid ex ob-  
ligatione, quidve ex consilio debetas.

Tertio, potes abstinere consumelias, probris,  
& verbis asperis quibus sæpe pauperes impe-  
tuntur.

Quartò, potes omnibus compati, omnibus  
bene velle, gaudere bono quod illis præstatur  
ab aliis, & live concedas sive neges quod pertinet.  
Charitatem & benevolum animum temperfer-  
vare, iuxta illam Veritatem quæ in 2. parte asse-  
titur.

Si quid charitas negat, tam benigna ne-  
gando est, quam concedendo.

In 2. parte, Feria 3. Hebdom. 1. post Octavam  
Pasche.

Tunc dicet & hu qui à sinistrâ erunt: Disce-  
dite à me maledicti in ignem aeternum qui pa-  
ratus est diabolus & Angelus eius. Ejusvis  
enim, & non dedisti mihi man-  
ducare, &c.

Verendum, ne quod tibi deest ad per-  
fectionem, desit etiam ad salutem.

In hac 4. parte, Feria 2. Hebdom. 17.

Non tam spectatur quid dones pro Di-  
vinis, quam quid non dones.

In 3. p. Fer. 6. Hebda. 8.

Quæ magis oculata est concupiscentia,  
magis est cæca.

In 3. p. Sabbato Hebda. 9. Ubi quæ de oculata  
dicuntur concupiscentia, referri debent ad illas  
ratunculas quas dum quisque sibi proponit, ne  
be nefaciat pauperibus, magis cæcurit non vi-  
dendo periculum damnationis in quod se con-  
iicit.

Dum te à dando excusat, magis excu-  
fas.

Ratio est valde consideranda, vel seorsum in  
privato discursu, vel in coniunctum cum alio, nem-  
pe cum te à dando ex. ulas, hoc unum pene ob-  
jecis, quod nil dandum habebas. Sed hoc dicen-  
do, te magis accusas, & mendacio ac fraude  
cum Deo agis.

Multis id quidem modis. Primo sæpe mer-  
titis. Secundo, vel agnoscis apertum mendaci-  
um, vel non agnoscis nec cogitas. Si agnoscis,  
aperta malitia est, quæ sæpius transit in pecca-  
tum obstinationis & in peccatum contra Spiritu-  
m sanctum, quod vix unquam remittitur, ut  
demonstratum est in 2. parte in die Pentecostes.  
Quod si non agnoscis nec cogitas esse mendaci-  
um malitia quædam est perniciosa, nam illa  
est voluntaria & affectata ignorantia quam Scru-  
puli condemnat, nonuit intelligere ut base ego-  
res, & quam damnati praesertim gemunt. Ergo Sæp-  
timus à via Veritatis, & justitiae lumen non  
laxit nobis, & quæ plura deplorant ab igno-  
rantia sua.

Tertio te aperti convincunt mendacij, super-  
flue illæ quibus abundat impense vestium, su-  
pelleculis, exquisitorum dapum, equorum, cur-  
ruum, & similium in omni splendoris genere  
domesticarum rerum. Nihilne habes in illis ef-  
fundendis? Nihilne superest quod in illis augen-  
dis

dis vel conservandis reserves? Et cum est assis dandus pauperi, audebis negare te quidquam habere quod dones, nec timerebist comparete Iudici qui tam levere de his te monuit, nec timerebist illam sententiam: Discedo a me maledictus, discedo in ignem eternum. Esurivi enim & non dedisti mihi manducare. O mi frater, numquid ferre sunt carnes nostrae ut non contremiscantur? Et quae plura sanctus Augustinus in 1. parte. Dominica 1. Adventus.

Et ibunt hi in supplicium eternum, Iusti autem in vitam eternam.

Quod ageres indicatus si posses, hoc ipsum debes agere judicandus.

Ratio est, quia ubi est pars aliquid agendum, hoc pariter est agendum. Sed pars est ratio tibi, ut judicandus id agas quod ageres indicatus. Quoniam enim est ratio cur indicatus aliquid ageret nisi ut se a peccatis redimeret? At nonne indicandus perinde est ut se a peccatis redimat ac Judicatus? Imo est aliquid amplius quod indicandum premat & urgeat. Primum tempore facultas agendi cum gratia quam habet indicandus & nondum indicatus. Deinde voluntas Dei quam probabit indicandus ut interim dum judicetur, aliquid agat. Ac tertio Divinus amor quo moveri potest indicandus, cum indicatus solo pena tum metu moveretur.

Videsne quam multò magis indicandus debas agere quam ageres indicatus? Videsne verò quam longè minus agas? An si posses dare pauperi indicandus, negares id quod posses? Et ramenoties negas, cum sis indicandus de illa negotiata quā dare poteras pecunia? Dubitafne futurum quod dixit Christus? Credisne compensandum qui dederit, & non puniendum qui negavit? Quid est quod illud credas, & non illud? An aliud Christus est qui benedictus dixit: Venite possidet paracum uobis regnum: & aliud qui maledictus dixit: Discedo a me in ignem eternum? An alia causa est prima sententia quam quod esurivit & pastus est: & alia causa secunda quam quod esurivit non pastus est? Cur ergo qui non pavit esurientem non aequaliter timeat, ac alter speret qui pavit? Nec dicas te multis dare, hec non omnibus, nam si cuiquam negas cui possis & debebas, ille est in quo Christus erat patens. Ille est de quo dicit: Esurivi & non dedisti mihi manducare.

Ne vero teniens & invitatus dones quidquid dones, audi subiectam Veritatem,

Si re esse affectu es, quo affectu es, vel in æternam vitam, vel in æternum supplicium, hoc ipso dare gauderes vel nondate timeres quod daturum est.

Ratio est, quia medium ex divina ordinazione constitutum ad finem aliquem seu ad bonum aliquod obtinendum, vel malum evitandum, talis effectus est prosequendum quo ipse finis.

Sed dare pauperi quod dandum est, est medium ex divina ordinazione constitutum ad æternam vitam obtinendam, vel æternum supplicium evitandum.

Ergo est evidens Conclusio quæ fusa declaratur in 2. parte: Fer. 5. Hebdom. secunde in Quadragesima: ubi consimilis proponitur Veritas. Quo in cœlis Corona gloria sumetur vultu, hoc in terris Calix sumendum est.

DENIQUE cum hæc Anni Ecclesiastici pascamini dies, & hoc sit hodie postremum eorum omnium quæ à nobis diienda de Christo Domino suscepimus: opportune videtur hæc Sapientis Ecclesiastæ Clauilia posse huc derivari. Finem loquendi pariter omnes audiamus: Ecl. 12.7. Deum time, & mandata eius obseruantur: hoc est omnis omnis homo: & cuncta qua finit adducet Deum in iudicium pro omniterrato, sive bonum sive malum illud sit.

In quibus verbis illud prælestum expéndendum est: quod ait hoc esse omnem hominem ut Deum timeat & mandata eius obseruat. Quasi dicaret, hoc eius esse bonum, hunc eius esse finem, & hanc eius esse Moralem quam vocant esse niam, sicut naturalis eius est ut sit corporis etius ex anima & corpore. Nam quod Forma est in physicis & naturalibus, hoc est Fons in moribus. Sicut forma dat esse rei, sic & finis. Sicut forma dat esse physicum, sic finis dat morale. Sicut anima qua est forma corporis dat esse physicum homini, sic Timor Dei qui finis est hominis dat illi esse morale. Cœacus est quippe homo ad hunc finem ut Deum suum timeat & reverenter, ac tandem obseruantur eius mandatis salvus fiat ipsum videntio & amando in æterna felicitate. Sicut itaque dicitur de homine quod habere animam & corpus, hoc est esse omnem hominem naturaliter & physicè sumpsum, sic plaus Deum timere & eius mandata observare, hoc est omnis homo moraliter consideratus. Et sicut sine